



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XV. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann verkaufen dem Kloster Marienpforte zwei Hufen und einen Teich bei Malendorp und Brodewinestorp, am 1. Februar 1300.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

honestis presentibus, scilicet domino burchardo de coestede, domino johanni de Benz, domino Joh. de Kercov, domino burchardo de coestede, domino bertrammo de sternhaghe. Datum prizlavie, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo VIII^o, feria secunda post dominicam, qua cantatur in excelso throno.

XV. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann verkaufen dem Kloster Marienforte zwei Hufen und einen Teich bei Malendorp und Brodewinestorp, am 1. Februar 1300.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto, Conradus et Johannes, dei gracia Brandenburgenses et de Landesberg marchiones, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que aguntur in tempore simul cum fluxu temporis elabuntur et fluunt, consuevit ea modernorum subtilitas scriptis autenticis et viva voce testium perhennare. Quapropter ad univerforum Cristi fidelium, etatis videlicet tam presentis quam postere, publicam cupimus noticiam devenire, quod dilecte nobis in Cristo Abbatissa et sanctimoniales claustrum Boyceneburg comparaverunt seu emerunt a nobis pro quinquaginta et quinque talentis Brandenburgensium denariorum quendam campum magnitudinis seu extensionis duorum mansorum cum quodam stagno huic campo incluso; situs autem hujus campi est attingens campos aut agros villarum scilicet malendorp et Brodewinestorp, necnon distinctiones et metas Illustris domini Alberti, Brandenburgensis marchionis, idem campus attingit. Possidebunt autem prefatum claustrum et sanctimoniales deo inibi famulantes campum seu agros sepeditos a nobis emptos cum stagno perpetuis nunc deinceps temporibus cum omni iuris integritate, libertatis ac proprietatis tytulo, pro suis commodis et usibus quibuscunque, ita quod liberam habebunt facultatem, ibi ligna fovendi, aut Agros arabiles seu eciam ibidem pascua, prout ipsis placuerit, faciendi. Ne igitur alicui hominum super hiis oriatur dubietas aliqualis in posterum, presentes eisdem dedimus litteras sigillorum nostrorum appensionibus communitas, cuius rei seu emptionis Testes sunt fideles nostri Conradus Rauen curie nostre marcalcus, Jacobus de Nebede, Henricus de Stegeliz, Johannes de Blankenburg, Cristianus de Brefin, Otto de holzendorp, et Gallo noster tunc temporis Advocatus, milites, et quamplures alii fide digni. Acta sunt hec anno Domini M^o CCC^o, et data Lewenberg III^o Idus Junii, per manus Gernodi nostre curie capellani.